

quartam pomeridianam exorta, fruges in agris,  
 quæ messem promittebant largissimam, circa Gor-  
 licium perdebat, imo nonnullis in locis fere fundi-  
 tus tollebat, uti Acta publica plurimis testantur,  
 malum tamen inde verendum, fertilitas agrorum  
 in cæteris Saxonie partibus affulgens, diminueri  
 videtur. Cæterum, quæ DEI est gratia, Sa-  
 xonia gaudet pace et quiete lætissima, licet  
 in Terris Turcicis bellum, nonnullis abhinc an-  
 nis, <sup>a Russis</sup> susceptum, maximis viribus continuetur,  
 et regni Poloniae fatum fere decisum habeatur,  
 quippe quod, foedere unionis inter Imperatricem  
 Romano-Germanicam ratione regni Hungariae  
 et Bohemiae, inter Imperatricem Russorum, et  
 inter Regem Prussiae inito, partes non exiguas  
 a regno divellebant, suis ditionibus adscribe-  
 bant, novam impetandi formam reliquis regni  
 obtrudebant et vi armata omnia pro lubitu in-  
 stituebant, Res sane, quæ pro hoc saeculo no-  
 tatu est dignissima.